

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 5124

**Auteur(s)** : Alexandre III [pape]

**Bénéficiaire(s)** : Eu, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte** : bulle

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1177, 18 septembre

**Lieu d'émission** : Venise

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Le pape Alexandre [III] confirme quelques biens de l'abbaye d'Eu.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 170, p. 264-265.

Texte établi d'après a

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis abbati Augensis ecclesiae eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam etc. Eapropter etc. Sane noualium etc. Praeterea in parrochialibus ecclesiis, quas tenetis, licitum sit uobis quatuor uel tres de canonicis uestris instituere, quorum unus episcopo diocesano praesentetur, ut ab eo curam suscipiat animarum et ei de spiritualibus, uobis uero de temporalibus debeat respondere. Prohibemus insuper, ne ab hominibus uestris possessiones, quas ab ecclesia uestra tenent, alii possint in pignus recipere, si duntaxat eas uelitis pro tanto accipere ; et si alii acceperint, uobis afferentibus debitum soluere restituantur ita, quod ipsas postea hominibus uestris, cum sortem recipitis, restituant. Sepulturam quoque etc. Decernimus ergo etc., salua auctoritate apostolicae sedis et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen.

R. Ego Alexander catholicae ecclesiae episcopus.

Ego Hubaldus Hostiensis episcopus.

Ego Guillelmus Portuensis et sanctae Rufinae episcopus.

Ego Manfredus Praenestinus episcopus.

Ego Ioannes presb. card. tit. sanctae Anastasiae.

Ego Boso presb. card. tit. sanctae Pudencianae.

Ego Petrus presb. card. tit. sanctae Susannae.

Ego Iacintus diac. card. sanctae Mariae in Cosmidin.

Ego Arditio diac. card. sancti Theodori.

Ego Hugo diac. card. sancti Eustachii iuxta templum Agrippae.

Dat. Uenetiae in Riuo alto per manum Gratiani sanctae Romanae ecclesiae subdiaconi et notarii XIII kal. octob., indictione X, anno dominicae incarnationis M.C.LXXVII, pontificatus uero domni Alexandri III papae XVIII°.